

Drilleuben, Ny. de Wolwshayn, H. de Schonenvelt, Sifridus List, Albertus de Lobene, Jo. de Wrzyn, H. de Cyce, Jo. de Muchele, Jo. de Dosene sacerdotes ecclesiae nostrae. In cuius memoriam sigillum nostrum et sigillum capituli nostri praesentibus duximus apponenda. Datum et actum anno domini M^o.CCC^o. quinto Kalendas Aprilis.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem Siegel des Probsts und Convents an rothseidenen Fäden.

No. 63. 1305. 1. Apr.

Bischof Heinrich von Merseburg beurkundet die Zuwendung und Stiftungen des Friedrich von Hohnstädt unter Aufzählung der hauptsächlichsten Bestimmungen (No. 62). Nos vero — dicti Friderici precibus inclinati praedicta universa et singula approbamus ratificamus et praesentis scripti patrocinio confirmamus districte iniungentes saepe dictis praeposito priori et conventui, ut omnia et singula supradicta tam in celebratione missae quam in provisione infirmorum et dispensatione proventuum — inviolabiliter teneant et observent. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Testes huius confirmationis sunt magister Theodericus plebanus in Widerowe, magister Jacobus, Theodericus et Conradus notarius servitores curiae nostrae cum aliis pluribus fide dignis.

Nos quoque Albertus dei gratia praepositus dictae ecclesiae sancti Thomae in Lypzk de consensu conventus nostri sigillum nostrum praesentibus apposuimus pro cautela. Datum et actum Mersburg anno domini millesimo CCC^o quinto Kalendas Aprilis.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit den Siegeln des Bischofs und des Probsts Albert an rothseidenen Fäden.

No. 64. 1305. 1. Mai.

Landgraf Dietrich überweist die von den Erben des Kellners Tilemann an den vormaligen Probst von Zschillen Otto verkaufte, von diesem dem Thomaskloster zugewendete Fischereigerechtigkeit in den Flüssen um Leipzig im Umkreise von einer Meile mit genauer Angabe des Umfangs der erlangten Befugnisse und mit Bestimmungen in Betreff des Fischergerichts.

In nomine domini amen. Theodericus dei gratia iunior lantgravius Thuringorum, Orientalis marchio et dominus in Greutzh universis Christi fidelibus vitae praesentis et futurae omnium bonorum salutiferum et continuum incrementum. Multorum errorum mater oblivio ea quae a modernis rationabiliter aguntur consuevit crebrius obfuscare, omni laborans conamine studiosius et intendens, ut talia ad memoriam non transeant successorum, cui sapientum obvia discretio fideliter consulit feliciter et hortatur, ut facta quae, perhennari cupiunt litterarum inprimantur apicibus, ut ex eo sic ordinata tam a praesentis vitae fidelibus quam ab eorum successoribus memoriter colligantur. Huius rei securo gaudentes regimine universis Christi fidelibus, quibus